iulius - PAUL. DIAC. Fest. 92, 29 -um, quod eo mense dicitur Iulius natus: GL. PLAC. 25, 1, 16 -us in honorem Gaii Iulii Caesaris, imperatoris Romani.

iunctio - coniugatio: PAUL. DIAC. Spec. 625, 2 adsunt quattuor in prima -e species.

iunctus - CASS. Inst. 102, 9 omnis controversia ... aut simplex est aut -a; et si -a erit, considerandum est utrum ex pluribus quaestionibus -a sit, an ex aliqua comparatione.

iuneus - v. *A2 iunius*.

iungo - ind. pf. *-nsistitis* inf., conii. pf. *-ncxerint* inf. — Depon. more: PAUL. DIAC. Exp. 1, 1, 27 (de his qui) sine iussione -untur se excommunicatis. — Seq. *in* cum abl.: LEX ROM. RAET. 334, 16 omnia perdat et... in exilio mittatur... qui se in tercio et usque in quarto geniculo se

parentes in coniugio -ncxerint. — Dare: MON. NEAP. ARCH. I 2, a. 970, 194, 34 -nsistitis mihi et auri solidos quimque (*sic*) bythianteos in cantum. — Iniungere, seq. *ut* cum conii.: PAUL. DIAC. Exp. 62, 1, 7 si est talis frater, qui ... non potest labare (*sic*), ... senior debet -ere alii fratri, ut adiubet (*sic*) eum. — *Alci se -ere*, cum eo esse: PAUL. DIAC. Exp. 112, 2, 17 iste turbulentus, qui iram prius in vultu ostendit, tempore suo fratrem, cui se -it, exasperat. — *Alqm -ere*, ad eum pervenire: ANAST. Vita Bas. 309 A 3 vade etenim, ne tardaveris, ut eum -ere debeas, priusquam anima eius de corpore profisciscatur. — Transl.: SACR. GEL. 83, 20 o vere beata nox, ... in qua terrenis celestia -untur.

iunius - *-ne-* ROMAE INSCR. I, 2144, 2. — Abl. sing. *-us* MON. NEAP. ARCH. I 1, a. 946, 165, 1. — PAUL. DIAC. Fest. 92, 6 -um mensem dictum putant a Iunone. Idem ipsum dicebant Iunonium et Iunonalem; GL. PLAC. 25, 1, 16 unum mensem... antiqui iunioribus consecraverunt, unde et -us dicitur.

iuratus - acc. sing. *-us* inf. — Iusiurandum: LEX ROM. RAET. 444, 6 si quis alteri criminis verbum dixerit in rixa, aut ei probet quod verum dixisset aut -us faciat quod per iram dixisset.

iuredictio - v. *A2 iurisdictione*.

iurgatio - PAUL. DIAC. Fest. 6, 26 altercatio: -o; 92, 9 -o: iuris actio.

iurgium - acc. pl. *-as* LEX ROM. RAET. 442, 4.

iurgo - sensu leg., causam agere: CASS. Var. 98, 8 si in alienis causis beatitudinem vestram convenit adhiberi, ut per vos -antium strepitus conquiescat, quanto magis ad vos remitti debet quod vos spectat auctores?

iuridicium - CASS. Var. 339, 22 iudicium quasi -um cognoscite vocitatum.

iuridicus - civilis: CASS. Var. 88, 18 exuite barbariem, abicite mentium crudelitatem ... recipite paulatim -os mores: 209, 10 dignum fuit ergo moderatorem suscipere, qui se nesciunt -a conversatione tractare.

iurisdictione - *-res-* LEX ROM. RAET. 311, 11.

iuro - conii. imp. 3^a pers. sing. *-are* MON. NEAP. ARCH. I 2, a. 960, 91, 4. — Seq. infin. praes.: CASS. Hist. 945 A 3 -avit ... suam ultimum non se mutare sententiam.

ius - *-usa* (= -ura) PAUL. DIAC. Fest. 92, 3. — Gen. sing. *-es* LEX ROM. RAET. 380, 1. — Cum adi. fem. coniung.: LEX ROM. RAET. 385, 12 si quis homo ad alterum hominem de aliqua

-e causam amallaverit. — Ratio, praeceptum: RATH. Prael. 176 C 6 magister es, aut dice-
ris, aut dici vis? Cura magisterii -a servare, ne
dicaris abusive. — Potestas: RATH. Prael. 182
A 3 in tanta ergo animi perturbatione positus et
temetipso penitus, ut ita dicam, frustratus, quid
tuum esse dicere vales, ipse alieno -i subac-
tus? — Possessio, proprietas: PAUL. DIAC. Hist.
Lang. 174, 22 Aripertus rex Langobardorum,
donationem patrimonii Alpium Cottiarum, quae
quondam ad -s pertinuerant apostolicae sedis,
... restituit: CARTM. 595, 2, 21 Martine, trade
per hanc pergamenam cartam venditionis ... una
petia de terra que est tui -is ... ad Iohannem. —
Nota locut. *ad -e*, sub auctoritate: CHRON. ALT.
9, 25 totis prescriptis littoris istis ... apprehen-
derunt Aurii tribuni et principis Torcellis ad -e
et dominacione ad illorum episcopium. — In
imag.: CASS. Var. 96, 28 in illa turba doctorum
audeat liberam proferre sententiam nec frenetur
imperitiae terrore, quem hortantur ad vocem -a
facundiae.

iussio - v. A2 *iussio*.

iusiurandum - *iuxi*- MON. NEAP. ARCH. IV,
a. 1011, 49, 20.

iusiuro - iurare: MON. NEAP. ARCH. II,
a. 982, 22, 25 quia non baluistis nobis taliter
hostendere, ita et nec nos non fuimus vobis
exinde -are.

iussio - *ias*- vit. tyoth. PAUL. DIAC. Exp.
167, 1, 4, *iusi*- CHRON. ALT. 10, 30. — Prae-
ceptum, iussum: CASS. Var. 2, 10 portum Licini
deputatis rebus reparari -o nostra constitu-
it. — Nota locut. *ad alcis -e esse*, ei parere:
CHRON. ALT. 8, 33 ceteri ... que (*sic*) ad illius
-e erant composuerunt et edificaverunt ecclesia.

iussus - abl. -*sū* RESURR. 362.

iusta (-x-) - *-am* MON. NEAP. ARCH. II, a.
982, 32, 20. — Praep., cum gen. CHRON. ALT.
8, 2 ego sum sevus Dei ... Precipio ad te, ut
parvam ecclesiam edifies ad meum honorem -a
mei magistri: 10, 29 precepit ... ut cum pote-
state intraret in illorum proprietate suorum qui-
dem pertinentia, -xta nostrum illorumque consti-
tutionis sive paginis iusionis; abl. (?): ROMAE
INSCR. II, 36, 4187, 11 -xta porta Portuense:
MART. HIER. 63, 1, 14 -xta via Appia. — In,
ad: ANAST. Vita Ioh. El. 508, 2, 33 (naufragus)
veniens -xta Pharum, retulit quomodo navis
naufragium pertulit et perdidit totum quo erat
plena: PETR. SUBD. Iul. 882, 1, 39 tempestas
magna exorta est, quae ipsam navem perduxit
in confinibus Campaniae -xta civitatem Puteo-

lanam. — Nota locut., -a *litteram*, ad verbum:
RATH. Prael. 151 A 14 medicus es? Audi etiam
-xta litteram tibi praecipientem Dominum:
Medice, cura te ipsum (Luc. IV, 23), id est, dum
in aliis curas aegritudinem corporum, satage in
te valetudinem mederi morum; -a *se adherere*:
IOH. ARCHIC. 196, 1, 12 procedant sacerdotes
de sacrario ... duo et duo -xta se adherentes. —
Adv., cum *quomodo*, prout: LEX ROM. RAET.
368, 13 dominicis diebus ... aliquis christia-
nus pro reverencia Christi aliquod substantia
eis (*scil.* qui in carceribus sunt) porrigunt et -a
comodo (= quomodo) eis oportet (v. l. oportet).

iustarium? - *iusta ri(v)um*? : MON. NEAP.
ARCH. I2, a. 978, 256, 15 portio de una ex ipse
terre in qua est palmentum et gripte in trabersum
divisa hoc est a parte meridiana. et -um. de qua
reliqua portio ex ea qui est a parte septemtrionis
et iusta terra monasterii sancti dimitri tetigit in
portione secunda sicuti inter se duos terminis
exfinant.

iustitia - acc. sing. -a LEX ROM. RAET. 384,
2. — RATH. Prael. 222 A 5 -a est, ut iam a maio-
ribus est diffinitum, habitus animi pro communi
utilitate servatus, suam cuique tribuens dignita-
tem; unde proprie -a dicitur, quasi iuris status.
— Quod alci iure pertinet: MON. NEAP. ARCH.
IV, a. 1016, 92, 24 si qualivet amaricatione aut
tardietate exinde fecerimus ad dandum et at
complendum omnia memorata ... tunc licentia
et potestate abeatis ... atprendere in omnia
nostra hereditate seu substantiis ... donec at
vestram perveniat -am. — Nota locut., *pro -a*,
iuste: RATH. Prael. 276 C 13 si fideliter erogas,
pro -a coronaris; si avare retines, pro -a damna-
ris; *de alqm -am facere*, eum punire: LEX ROM.
RAET. 310, 17 iudices ... ubi ipsos (*scil.* male-
factores vel latrones) reus (= reos) invenerint,
de presente de illos -am faciant; *sol -ae*, epith.
Christi: EP. LANG. 712, 20 splendificus Dei
filius, qui sol est -ae, omnium hominum corda
lustravit. — Meton., de sententia iuste prolata:
CASS. Var. 96, 28 omni inter partes veritate
discussa, iuri consentaneam et amicam vestris
moribus proferte -am.

iustitium - transl., otium: CASS. Var. 48, 6
iacebat nobilis origo sub gallicano -o et honori-
bus suis privata peregrinabatur in patria.

iustus (iux-) - acc., sing. fem. -a inf., pl.
fem. -us inf. — Nota comp.: LEX ROM. RAET.
421, 8 ambe partes in placito iuratores presen-
tare debent; et qui meliores aut plus -us perso-
nas habuerit, ipse iuret. — *-um est*, seq. *ut* cum

coni.: PAUL. DIAC. Hist. Lang. 120, 13 latores vero praesentium litterarum ... affectu suscepimus, quia -um fuit ut viros sapientes ... cum caritate et suscipere et dimittere deberemus. — PAUL. DIAC. Fest. 92, 10 -i dies dicebantur triginta, cum exercitus esset imperatus et vexillum in arce positus; 100, 21 -um vadem: idoneum sponsorem. — De mensura: MON. NEAP. ARCH. IV, a. 1016, 101, 9 memorati vero passi mensurati sunt at passum ferreum sancte neapolitane ecclesie et memoratum pedem mensuratum at pede de sancta Maria hat platea et memoratum palmum at manum -xta. — *-us iudex*, epith. Dei: COD. CAR. 509, 11 illa (*scil.* opera) sunt vobis retribui consideranda a -o iudice: ANAST. APOCR. Ep. 662 D 1 invenit me sanctus ille Stephanus, cui faciat Dominus Deus misericordiam in illa die -us iudex. — De reb. abstr.: SACR. GREG. 50, 7 aeternam, ac -issimam pietatem tuam deprecor, Domine sancte, ... super hos famulos et famulas tuas.

iuvamen - *-ba-* PETR. SUBD. Agripp. 114, 2, 21.

iuvenalis - *-be-* inf. — GL. PLAC. 25, 2, 15 iube-e pharos: semper virens et numquam senescens lumen, ut si de sole dicamus.

iuvincius - v. A2 *iuventus*.

iuvincula - PETR. Pis. Gramm. 160, 17 littera ... appellatur ... -a, cum casuum verborumque quandam intellegentiam capescat.

iuvincus - GL. BER. 361, 12 -i: a iuvando dicti.

iuvenis - *-be-* ROMAE INSCR. I, 83, 1, 21. — Gen. sing. *-iori* PETR. SUBD. Chron. 156, 8, *-iores* AECL. INSCR. IX, 1378,6: LEX ROM. RAET. 429, 25. — Adi., *-ior*, seq. gen.: PAUL. DIAC. Exp. 157, 1, 41 in hoc loco ubi dicit 'iorem se noverit illius qui prima hora diei venit...', intelligitur quia nullus pro aetate ... debet pre-

poni. — Anterior: DION. Gr. Nyss. hom. 397 D 1 sine capite et sine fine haec assertio esse convincitur, quae animas apud se prius praeter vitam carnis astruit vivere, et propter malitiam corporibus obligari. Eorum vero qui -iorem corpore animam esse contendunt, destruetur inconstantia. — *-ior*, subst., qui alterius in officio adiutor erat (cf. DUC. s.v. *iuiores* et adn. ad loc.): RATH. Opusc. 609 B 8 volumus et decrevimus ... ut nullum habeant de istis super se maiorem, nisi quem ipsi sibi ex se ipsis elegerint vel constituerint, qui cum suo -iore omnia illa colligat, et, ut diximus, per mensuram et numerum aequaliter dividant.

iuventa - *-be-* ROMAE INSCR. I, 83, 1, 26. — GL. BER. 374, 9 iuventus est multitudo iuvenum, -a etas.

iuventus - sing. nom. *-ncius* QUAEST. MON. 592, 45, gen. *-entis* 592, 48. — GL. BER. 374, 9 -us est multitudo iuvenum, iuventa etas. — Iuventa: ANAST. Vita Bas. 307 D 7 ille qui ... neminem vult perire, in eius memoriam reducere dignatus est, quae a -e sua perpetrarat peccata. — Transl.: LIB. SACR. 78, 2, 49 populus tuus, quaesumus, Domine, renovata semper exultet animae -e, ut qui antea in peccatorum veterosae mortis venerat senio, nunc letetur in pristinam se gloriam restitutum.

iuveo - v. A2 *iubeo*.

iuvo - *-b-* PAUL. DIAC. Exp. 74, 1, 2: inf. — *Iubente* perper pro *-ante* IOH. ARCHIC. 215, 38. — In med., seq. dat. pro acc.: AN. EX DIV. 148, 10 amigdala (*sic*) ... trita cum mentarum sucus sanguinem reiecentibus -bat.

iuxiurandum - v. A2 *iusiurandum*.

iuxta - v. v. *Lx*, A1 et A2 *iusta*.

iuxtus - v. *Lx*, A1 et A2 *iustus*.

ivi - v. A2 *ibi*.

ividem - v. A2 *ibidem*.

L

la - vim articuli habet: CHRON. ALT. 7, 11 pavimentum ecclesie fecerunt roda medium ... Propter hoc quod proximum erat hic habitatio, constituit Aurius tribunus 'la Roda' appellari.

labarum - CASS. HIST. 18, 35 imperator ... iussit viros eruditos ex auro et lapidibus pretiosis in vexillum crucis transformare signum quod -um vocabatur.

laberintus - v. *A2 labyrinthus*.

labes - PAUL. DIAC. FEST. 99, 21 -s macula in vestimento dicitur, et deinde μεταφορικῶς transfertur in homines vituperatione dignos.

labilis - inconstans: CASS. VAR. 48, 24 digna plane scientia, in qua mens honestissima conquiescat, quae animo semper aliquid salutare complectitur: cui ... -is fortuna non imperat. — In imag., de diabolo: CASS. INST. 84, 14 maxime per corpus nostrum animas decipit; et ita -is per desideria humana diffunditur, ut nulla paene providentia, nullo prorsus consilio sentiat.

labinarium - ex *lābor*, f. *labina* (ital. *slavina*): MON. NEAP. ARCH. IV, a. 1014, 72, 1 ex alio latere parte orientis est casalem et montem vestrum insimul pertinentem memorati vestri monasterii et nominatur maternum sicuti inter se ex partem riattello et -o exfinat.

labium - -vi- PAUL. DIAC. EXP. 84, 1, 33. — Labrum, de fonte: CASS. VAR. 67, 27 caeruleum fontem vidimus in formam dolii concavis hiatibus aestuantem et fornaces anhelantium aquarum circumducto tereti -o naturae probabili dispositione coronatas. — -a, meton., os: IOH. ARCHIC. 212, 16 non dicit prior, quando incipit, apud illos «Domine, labia mea aperies», ni tantum ad nocturnas.

labo - v. *A2 lavo*.

1 **labor** - part. praes. -ens, adi., suspensus: PAULIN. CARM. 139, 22, 108 quidam -enti dubitant pectore. — -psi, subst., sensu mor.: ROMAE INSCR. II, 4155, 11 eloquio curans errorum scismate -psos / ut veram teneant corda pacata fidem. — Elabi: ANAST. VITA IOH. EL. 507, 1, 27 videte, ne forte fuga -psus sit: magnus enim servus Dei est. — Fig.: CASS. VAR. 71, 1 loquamur de illo -pso caelo psalterio, quod vir toto orbe cantabilis ita modulatum pro animae sospitate composuit, ut his hymnis et mentis vulnera sanarentur et divinitatis singularis gratia conquiratur.

2 **labor** - -ōr RESURR. 79. — Transl., sensu spirit.: ANAST. VITA BAS. 310 B 13 bene venisti, quia multiplicasti discipulos Christi in Ecclesia

et daemones expulisti per Christum, in quo est -r tuus; de martyrio: ENN. HYMN. 5, 4, 64 quid Stephano potentius? / dicas coronam: martyr est. / Hoc est homo, quod praemium / fructus -is nomen est: VITA GAUD. NOV. 419, 5, 23 gratias tibi Domine Iesu, qui ... tuis praestas per -em mercedem.

laboratio - opus, sensu Christ.: RATH. PRAEL. 215 C 6 iam nunc satis cum Iudaeis sabbatizasti. Pone modum nunc vacationi, et insiste piae -i. — Illiberalis labor: CONC. ROM. 826, 566, 11 de negotiis et -ibus die dominico non faciendis.

laborator - qui opus facit: RATH. PRAEL. 149 B 1 esto -r non solum iustus, sed et assiduus, tuis contentus, nullum fraudans, neminem laedens, neminem vituperans, non aliquem calumnians. — De agricola: MON. NEAP. ARCH. IV, a. 1012, 59, 5 ubi ... et bos et heredes vestris ipsum coniolium nostrum totum pastenaberitis de arbores et bites bene quomodo iustum fueris ut dicat tertias et quartas personas de hominibus vonis laboratores quod bene siant pastenatum.

laboratum - fortasse ad reditus parentibus, facultate filio tradita, ad vitae tempus solvendo spectat; germ. *Alenteil, Leibzucht* (cf. adn. ad loc.): LEX ROM. RAET. 383, 4 si quis homo de facultatem suam, quam habet, si forsitan exinde aut fiscum aut aliud publicum aut -um a (= ad?) parentes reddere debet, si ipse tributus ei graves (v. l. gravis) est ad solvendum, ipsam facultatem, unde illum tributum reddere debuit, dimittat ad alius suus (v. l. alios suos) heredes, qui ipsum tributum de ipsa facultatem reddere debeant.

laboro - *allaborandum* pro *ad -andum* inf. — -bu- inf., *lav-* MON. NEAP. ARCH. I 2, a. 950, 10, 4. — Part. praes., nom. pl. -antis COD. CAR. 440, 3. — Alqod opus facere, ital. *lavorare*: LEX ROM. RAET. 340, 10 tutores ... -ent et ipsos parvulos nutriant: RATH. PRAEL. 149 C 3 miles es: ... si non vales militando acquirere stipendium, -ando manibus sectare victum, et fuge praedam, cave homicidium, devita sacrilegium. — Colere: PAUL. DIAC. EXP. 167, 1, 22 ille qui ortum ad -andum habet, in ortum solummodo vadat: MON. NEAP. ARCH. IV, a. 1020, 143, 2 pro alimoniis tuis dedimus et tradidimus tibi... integrum ortum ... et integra una petias de terras ... ut in tua omnibus diebus vite tue sint potestate tenendi et dominandi... -andi et alla-andum tribuendi. — Morbo vel incommodo premi, seq. gen.: AN. EX DIV. 148, 24 aceda... pulmonibus

refrigerat, iocineris -antibus succurrit; seq. *de* cum abl.: CASS. Var. 106, 29 ad inanes contentiones sic descenditur, tanquam de statu periclitantis patriae -etur. — *-ans*, subst., operarius: ROMAE INSCR. V, 13279, 1 Musicus cum suis -burantibus.

labratum - osculum regis salutandi causa manui propriae impressum (cf. THES. s.v.): GL. PHILOX. 224, 1, 37 -um (?): ἄσπαστικὸν βασιλέως, φίλημα βασιλικόν.

labrum - in imag.: CASS. Var. 48, 14 non primis, ut aiunt, -is eloquentiam consecutus, toto se Aonii fonte satiavit.

labsus - v. *A2 lapsus*.

laburo - v. *A2 laboro*.

labyrinthus - *-berintus* inf. — GL. PLAC. 27, 1, 30 -berintus: locus in Creta insula, parietibus obscuris circumtextus, quem aedificavit Daedalus artifex. — Transl.: ANAST. Ep. tres 740 A 8 unde factum est ut tantum virum ... intra cuiusdam -i difficilia irretiret.

lac - transl., de doctrina Christiana: PAULIN. Hymn. 150, 23, 90 me sancta mater -e nam catholico / tempus per omne nutrit Eccllesia: BERT. Barth. Lip. 40 D 16 vide eum (*scil.* Bartholomaeum) ... imperfectos iugiter rigare manu doctrinae, crescentes in aetate Christi verbi -e nutrire.

lacer - PAUL. DIAC. Fest. 105, 6 lacerare, dividere, comminuere est; ex quo dictus ... -r, quod auribus curtatis est, et -um, quodcumque est in corpore imminutum.

laceratio - transl., de locorum expilatione: CASS. Var. 372, 10 additur etiam quod (regio) tantis commeantium fatigatur adventibus, tanta excurrentium -e deteritur, ut rationabiliter illi remitti debuisset vel quod apud ipsam nasci posse constaret; de laesione qualibet: CASS. Var. 19, 26 talia igitur secreta violare, sic certissima velle confundere, nonne veritatis ipsius videtur esse crudelis ac foeda -o? — Obtrectatio: LIB. SACR. 154, 2, 4 maiestatem tuam supplices exoramus, ut nec terreri nos -ibus patiaris iniustis, nec captiosis adulationibus implicari: 154, 2, 15 qui famulos tuos informare dignaris, ut non tam nos exagitet inepta -o superborum, quam potius moveat miseratio lacerantium.

lacerna - PAUL. DIAC. Fest. 105, 6 lacerare, dividere, comminuere est; ex quo ... -a, quod minus capitis est. — Meton.: CASS. Var. 29, 4 sufficit possessori compendium pensionis: tributa sunt purpurae, non -ae (*i. e. tributa debentur regi, non privatis*; cf. adn. ad loc.).

lacero - part. praes. gen. pl. *-antum* inf. — PAUL. DIAC. Fest. 105, 4 -are dividere, comminuere est; ex quo dictus est lanus, qui disci<n>dendo -at pecora; lacinia, quod pars vestimenti est; lacerna, quod minus capitis est; lacer quod auribus curtatis est, et lacerum, quodcumque est in corpore imminutum. — Obtrectare: LIB. SACR. 154, 2, 15 qui famulos tuos informare dignaris, ut non tam nos exagitet inepta laceratio superborum, quam potius moveat miseratio -antum. — *-tus*, timidus, afflicto: CASS. Var. 136, 25 districtio semper subtrahi non debet regiae iussionis, ut et audaces metus comprimat et -os spes futura refoveat.

laccio - part. praes. *-antes* GL. PHILOX. 224, 2, 17. — PAUL. DIAC. Fest. 104, 16 lacin in fraudem inducit. Inde est allicere et -ere; inde lactat, illectat, delectat, oblectat: GL. PLAC. 27, 1, 26 -ere: metaphora a canibus vel a feris quae solent lacerando provocare; verbum coniugationis tertiae correptae.

lacinia - PAUL. DIAC. Fest. 64, 21 delaniare: est discindere et quasi lanam trahere, unde -a et lanus dicitur, qui pecus discindit: 105, 4 lacerare dividere, comminuere est; ex quo dictus est lanus, qui disci<n>dendo lacerat pecora; -a, quod pars vestimenti est.

lacio - PAUL. DIAC. Fest. 25, 14 adlicit est perducit aliquem in rem, dictum a verbo -it, id est decipit: 103, 25 -it decipiendo inducit. Lax etenim fraus est: 104, 16 -it in fraudem inducit. Inde est allicere et lacessere; inde lactat, illectat, delectat, oblectat.

lacrima - v. *A2 lacryma*.

lacrimabiliter - modo lacrimis digno: PAUL. DIAC. Hist. Lang. 133, 18 Sclavi Histriam, interfectis militibus, -r depraedati sunt.

lacryma - *-ri* inf. — *In -as fluere*, ital. *sciogliersi in lacrime*: RATH. Prael. 207 C 1 (mulier peccatrix) quot enim in se prius habuit oblectamenta, tot de se protulit holocausta; subiugavit cuncta genera delectationum, dum de se nil sibi relinquens, tot fluxit in -as desideriorum coelestium (cf. Lc 7, 37 s.). — *-arum vallis*, apud Christ., de vita terrena: PAULIN. Hymn. 135, 4, 18 nos laeta traxit caro de paradiso, / misit in huius saeculi exsilium; / in -rimarum valle delitescimus, / diris ligati peccatorum vinculis. V. et *A2 dacrima*.

lactarius - *lec-* inf., *-tea* - ROMAE INSCR. V, 14583, 2. — GL. PHILOX. 186, 2, 3 herba lec-a: τῆθύμαλλον. — PAUL. DIAC. Fest. 105, 12 -a

columna in foro olitorio dicta, quod ibi infantes lacte alendos deferebant.

lactearius - v. *A2 lactarius*.

lacticulosus - -*gu-* inf. — GL. PHILOX. 224, 2, 22 -gulosus: λιπογάλακτος.

lactifluus - transl., de doctrina Christiana: PAULIN. Hymn. 31, 41, 162 in paradiso vos, famosi pueri, / aureas domus fontesque -os, / mellitos modo possidetis rivulos, / semper felices.

lactigulosus - v. *A2 lacticulosus*.

1 **lacto** - transl.: VITA GAUD. NOV. 418, 2, 11 hic enim ab ipsis cunabulis adeo in religionis propositum exarserat tantaque sapientiae studiis primitiva -atur infantia, ut ... ecclesiasticam regulam toto conamine diligendo insequeretur.

2 **lacto** - PAUL. DIAC. Fest. 104, 17 lacin in fraudem inducit. Inde est allicere et lacessere; inde -at, illectat, delectat, oblectat.

lacuna - PAUL. DIAC. Fest. 104, 14 -a, id est aquae collectio, a lacu derivatur, quam alii lamam, alii lustram dicunt: 104, 12 lustra significat -as lutas, quae sunt in silvis aprorum cubilia.

lacus - gen. -i inf. — PAUL. DIAC. Fest. 104, 14 lacuna, id est aquae collectio, a -u derivatur. — In imag.: NIC. I 287, 26 ita corporis tui motibus cedere consensisti et relaxatis voluptatum habenis temetipsum in -um miseriae et in lutum faecis prohibitum deiecisti, ut qui positus fueras in gubernatione populorum effectus sis ruina multorum. — De inferno: LIB. SACR. 150, 1, 25 omnipotens et misericors Deus, ... erue animam meam ... de manu inimicorum et de profundo -i.

ladicus - v. *Lx* et *A2 laicus*.

laea - v. *A2 lea*.

laectio - v. *A2 lectio*.

laemures - v. *A2 lemures*.

laena - PAUL. DIAC. Fest. 104, 18 -a vestimenti genus habitu duplicis; quidam appellatam existimant Tusce, quidam Graece, quam χλανίδα dicunt.

laesio - v. *A2 lesio*.

laesus - v. *A2 lesus*.

laetanter - cum laetitia, laete: LIB. SACR. 133, 2, 30 vere dignum ... huius diei celebritate precipua tuarum -r virtutum intonare praeconia: CASS. Hist. 435, 16 quod illi -r adimpleverunt.

laetifico - *le-* LIB. SACR. 27, 2, 42. — Glorifico: PASS. MAGNI 709, 39, 24 cumque tam iocosam tyranni legationem accepissent Anagnini, Dominum in toto corde suo -antes, cito

convernerunt in unum, nihilque morati ... Verulam festinanter cucurrerunt.

laetinia - v. *A2 litania*.

laetitia - *letici-* SACR. GEL. 82, 19. — Nota locut. adv. *sub -a*, laete: CASS. Var. 67, 11 molesta est illatio nostrae clementiae, quae defletur, quia quicquid *sub -a* penditur, accipientis laudibus applicatur.

laetor - v. *A2 letor*.

laetrosum - PAUL. DIAC. Fest. 104, 113 a laeva laetrum sinistrum et -um sinistrum.

laetrum - PAUL. DIAC. Fest. 104, 113 a laeva -um sinistrum et laetrosum sinistrum: GL. PHILOX. 224, 2, 10 -um: ἀριστερόν.

laevir - v. *A2 levir*.

laevus - PAUL. DIAC. Fest. 104, 12 -a: sinistra, quam Graeci σκιάν. Unde tractum cognomen Scaevola: 104, 113 a -a laetrum sinistrum et laetrosum sinistrum.

lagoenarius - -*gunara* inf. — Ad mercaturam lagoenarum pertinens (cf. THES. s.v.): ROMAE INSCR. V, 15839, 3 Leontia ... ad porta(m) Trigemina(m) -gunara.

lagunarus - v. *A2 lagoenarius*.

laicalis - laicus: STEPH. V 800 B I si ... aliquis vestrum, tam de sacerdotali ordine quam de -i coetu, contemptor vel transgressor apparuerit per inobedientiam, sacerdos ... maneat suspensus a proprio ministerio, ... laicus vero ... a vino et cocto suspensus existat.

laicatus - laicalis conditio, distincta a clericali (cf. DUC. s.v.): MON. NEAP. ARCH. I 2, a. 962, 103, 5 certum est me Benedictum humilem monachum, qui in -um Bonito appellabam (*pro* appellabar), a presenti die ... offero et trado vobis domino Sergio venerabili ygumeno ... terra mea posita ad sanctum Stephanum ad Meiana: I 2, a. 966, 147, 13 a parte occidentis est terra vestra memorati sancti vestri monasterii qui fuit quondam Timothei monachi vestri qui in -um Taurus vocabat (*pro* vocabatur).

laicus - *ladi-* inf. — In monasteriis, qui vulgo *conversi*, *oblati* dicuntur (cf. DUC. s.v.): MON. NEAP. ARCH. IV, a. 1021, 147, 34 quandoque vos ... monachis aut ladicis ipsius vestri monasterii vel autoribus vestris ibidem inventas dederitis aut direxeritis pro serbitium ipsius vestri monasterii tunc nos vos et eis et caballis vestris et illorum recipere debeamus in casis nostris.

lama - -*mm-* MON. NEAP. ARCH. I 2, a. 959, 74, 18. — GL. PHILOX. 224, 2, 29 -ae: πηλώδεις τόποι: PAUL. DIAC. Fest. 104, 14

lacuna, id est aquae collectio, a lacu derivatur, quam alii -am, alii lustram dicunt. — Piscina: PAUL. DIAC. Hist. Lang. 55, 6 rex Agelmund ... eum (*scil.* infantulum) de piscina, quae eorum lingua -a dicitur, abstulit, Lamissio eidem nomen imposuit.

lambero - PAUL. DIAC. Fest. 105, 19 -at: scindit ac laniat.

lamentabiliter - lamentabili modo: IOS. FL. Apion. 92, 16 iubente rege, ut confideret et diceret quis esset ... tunc hominem cum gemitu et lacrimis -r suam narrasse necessitatem.

lamentacio - v. A2 *lamentatio*.

lamentatio - -ci- IOH. ARCHIC. 208, 2, 4.

lamentator - GL. PHILOX. 224, 2, 31 -or: θρηνητής.

lamentus - GL. PLAC. 26, 2, 3 lamenta dicimus genere neutro numero semper plurali; '-us' autem genere masculino dicunt Iudaei et eorum filii, cimices non lecti genialis, sed s[c]andapilae amphitheatralis.

lamma - v. A2 *lama*.

lampas - transl., de hom., sensu mor.: VITA APIAN. 324, 1, 32 (sanctus Apianus) -s vero quandoque micabat, cum ad exemplum ceterorum lucem boni operis largiter effundebat, secundum Evangelium: Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona (Matth. 5, 16).

lampena - GL. PLAC. 27, 1, 11 -ae: stellae quaedam sic dictae.

lampo - lucere, transl.: CASS. Inst. 59, 22 quem (*scil.* Hieronymum) in Bethleem habitasse, otiosum fuisse non arbitror, nisi ut in terra illa miraculorum ad instar solis eius quoque ab Oriente nobis -aret eloquium.

lana - PAUL. DIAC. Fest. 64, 21 delaniare: est discindere et quasi -am trahere, unde lacinia et lanius dicitur, qui pecus discindit.

lanatus - lana praeditus: GL. PHILOX. 241, 2, 40 pellis -a: μηλωτή, ἄρνακίς. — PAUL. DIAC. Fest. 102, 1 in pelle -a nova nupta conserere solet, vel propter morem vetustum, quia antiquitus homines pellibus erant induti, vel quod testetur lanificii officium se praestaturam viro.

lancea - -ci- inf. — GL. PHILOX. 225, 1, 6 -cia: λόγχη: PAUL. DIAC. Fest. 105, 17 -a a Graeco dicta, quam illi λόγχην vocant.

lancia - v. A2 *lancea*.

lanciaris - subst., miles lancea armatus: CASS. Hist. 357, 33 Valentinianus ..., qui post

paululum sumpsit imperium, tunc millenarius erat circa palatia constitutus dux -orum.

lancino - GL. PLAC. 27, 2, 18 -are: per lances dividere.

lanerum - PAUL. DIAC. Fest. 105, 20 -um (v. l. lave-) vestimenti genus ex lana sucida confectum.

langor - v. *Lx* et A2 *languor*.

languo - part. praes., fort. perper. -gues MON. NEAP. ARCH. II, a. 982, 32, 8.

languor - -go- inf. — Morbus, sensu spirit.: LIB. SACR. 168, 2, 35 ut omnes -gorum insidiae ... effugiant. ANAST. Vita Bas. 309 B 15 qui (*scil.* Deus) potestatem talem habet, ut in terris remittat omnium peccata et daret gratiam servis suis, ut post discessum eorum sanent omnem -em et omnem infirmitatem: ANAST. Vita Ioh. El. 513, 1, 67 qui (*scil.* homo) -em inflationis et superbiae habebat: VITA APIAN. 323, 1, 22 S. Apiane, qui ... diversis -ibus diversa remedia adhibes.

laniatura - actus laniandi: GL. PLAC. 27, 1, 30 laniena: locus, ubi animalia mactantur; dictus a -a.

laniena - GL. PLAC. 27, 1, 30 -a: locus, ubi animalia mactantur; dictus a laniatura.

lanipendius - GL. PHILOX. 225, 1, 6 -us: σταθμοῦχος ἐριδίων.

lanista - -t[r]a inf. — GL. PHILOX. 225, 1, 4 -a: λουδοτρόφος: 225, 1, 2 -t[r]a: λουδοτρόφος, μονομαχοτρόφος, ἐπιστάτης μονομάχων.

lanius - PAUL. DIAC. Fest. 64, 22 delaniare: est discindere et quasi lanam trahere, unde lacinia et -us dicitur, qui pecus discindit: 105, 4 lacerare dividere, comminuere est; ex quo dictus est -us, qui disci<n>dendo lacerat pecora.

lanna - GL. PHILOX. 225, 1, 4 -a: λοβός ὄτιου.

lanoculus - PAUL. DIAC. Fest. 105, 18 -us, qui lana tegit oculi vitium.

lans - v. A2 *lanx* et *laus*.

lanterna - GL. PHILOX. 225, 1, 9 -a: φανός, ἐστία πλατέως κειμένη (?).

lanx - -ns GL. PHILOX. 225, 1, 7. — Nota locut. -e et *licio*, in form. iuris: PAUL. DIAC. Fest. 104, 5 -e et *licio* dicebatur apud antiquos, quia qui furtum ibat quaerere in domo aliena, *licio* cinctus intrabat -emque ante oculos tenebat propter matrum familiae aut virginum praesentiam. — Transl., *cum aequa -e*, aequabiliter: VITA LEUC. 673, 5, 11 germanus ... cum aequa -e idem beatum pignus diviserat.

lapathium - *-ti-* inf. — Abl. *-tiu* AN. EX DIV. 138, 16.

lapatium - v. *A2 lapathium*.

lapidinae - *-pidici-* Ios. FL. Apion. 63, 2: inf. — GL. PHILOX. 225, 1, 12 *-pidicina*: λατομία: PAUL. DIAC. Fest. 105, 12 *-pidicinae*, ubi exciduntur lapides.

lapidicinae - v. *A2 lapidinae*.

lapillosus - lapidosus: GUMP. Venc. 216, 21 aspera montium cacumina, vallium exitialia praecipitia, diverticulorum ac semitarum -a vel glacię horrentia inter civitates itinera ... nudipes ... perlustrabat.

lapio - PAUL. DIAC. Fest. 105, 21 *-it*: dolore afficit.

lapis - nota locut. *manalis -is*: PAUL. DIAC. Fest. 115, 6 manalem -em putabant esse ostium Orci, per quod animae inferorum ad superos manarent, qui dicuntur manes. manalem vocabant -em etiam petram quandam, quae erat extra portam Capenam iuxta aedem Martis, quam cum propter nimiam siccitatem in urbem pertraherent, insequeretur pluvia statim, eumque,

quod aquas manaret, manalem -em dixere. — Transl., de idolis lapidibus confectis: PASS. CYR. 6, 2, 59 nos peccatores adoramus Dominum nostrum Iesum Christum, filium Dei. Nam daemonibus et -ibus numquam humiliamur: PASS. CONC. 9, 63 ego non sacrificio -i surdo et muto, quia habeo Dominum meum Iesum Christum, cui servit anima mea.

lapsus - *-bs-* ROMAE INSCR. I, 3268, 6. — PAUL. DIAC. Fest. 105, 23 latex a -u, profluens aqua dicitur.

lar - *-sibus* inf. — PAUL. DIAC. Fest. 323, 6 R pro S (*sic*; S pro R ?) littera saepe antiqui posuerunt, ut maiosibus, meliosibus, -sibus, fesiis pro maioribus, melioribus, -ribus, feriis. — GL. BER. 381, 2 '-r' ignis dicitur; sed ponitur etiam pro domibus, ideo quia in omnibus pene domibus ignis invenitur.

largifluus - transl.: PAUL. DIAC. Hist. Lang. 99, 10 quae (*scil.* aurum et argentum) ille pene omnia secundum suum morem erogatione -a dispensavit egenis.